

Fête du Christ-Roi

Dimanche 26 octobre 2025

○ 1ère classe

INTROÏT *Apocalypse 5, 12; 1, 6*

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. **Ps. 71** Deus, iudicium tuum Regi da : et iustitiam tuam Filio Regis. **Ÿ.** Gloria Patri.

Il est digne, l'Agneau qui a été immolé, de recevoir la puissance, la divinité, la sagesse, la force et l'honneur. À lui la gloire et l'empire dans les siècles des siècles. **Ps. 71** Seigneur, donnez votre jugement au Roi, et votre justice au Fils du Roi. **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Omnipotens sempiterno Deus, qui in dilecto Filio tuo, universorum Rege, omnia instaurare voluisti : concede propitius ; ut cunctae familiae gentium, peccati vulnere disgregatae, eius suavissimo subdantur imperio : Qui tecum vivit.

Dieu tout-puissant et éternel, qui avez voulu tout restaurer en votre Fils bien-aimé, Roi de l'univers : accordez, dans votre bonté, à toute la famille des nations, divisée à cause de la blessure du péché, de se soumettre à son très doux empire. Lui qui...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Colossiens 1, 12-20*

Fratres : Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine : qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum : qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creatura : quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates : omnia per ipsum, et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis : ut sit in omnibus ipse primatum tenens ; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare ; et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, in Christo Iesu, Domino nostro.

GRADUEL *Psaume 71, 8.11*

Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. *Ps.* Et adorabunt eum omnes reges terrae : omnes gentes servient ei.

ALLÉLUIA *Daniel 7, 14*

Alleluia, alleluia. *Ps.* Potestas eius, potestas aeterna, quae non auferetur : et regnum eius, quod non corrumpetur. Alleluia.

Mes frères, nous rendons grâces à Dieu le Père, qui nous a rendus dignes d'avoir part à l'héritage des saints dans la lumière, qui nous a arrachés à la puissance des ténèbres et nous a transférés au royaume de son Fils bien-aimé, en qui nous avons la rédemption par son sang, la rémission de nos péchés. Il est l'image du Dieu invisible, premier-né de toute la création, car c'est en lui que toutes choses ont été créées, dans le ciel et sur la terre, les visibles et les invisibles: Trônes, Dominations, Principautés ou Puissances. Tout a été créé par lui et pour lui; lui-même existe avant toutes choses et tout subsiste en lui. Il est la tête du corps de l'Église, lui qui est le principe, le premier-né d'entre les morts, afin qu'il détienne en tout la primauté. Dieu s'est plu à faire habiter en lui toute la plénitude, et par lui à tout réconcilier avec lui-même, pacifiant ce qui est sur la terre et ce qui est au ciel par le sang de sa croix: dans le Christ Jésus, notre Seigneur.

Il dominera d'une mer à l'autre, et du fleuve jusqu'aux extrémités du monde. *Ps.* Et tous les rois de la terre l'adoreront ; tous les peuples le serviront.

Alleluia, alleluia. *Ps.* Sa puissance est une puissance éternelle, qui ne sera point enlevée ; et son royaume ne sera pas détruit. Alleluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Jean 18, 33-37*

In illo tēpore : Dixit Pilátus ad Iesum :
Tu es Rex Iudæórum ? Respóndit Iesus :
A temetípso hoc dicis, an alii dixérunt
tibi de me ? Respóndit Pilátus : Numquid
ego Iudæus sum ? Gens tua et pontífices
tradidérunt te mihi : quid fecísti ?
Respóndit Iesus : Regnum meum non est
de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset
regnum meum, ministri mei útique
decertárent, ut non tráderer Iudæis : nunc
autem regnum meum non est hinc. Dixit
ítaque ei Pilátus : Ergo Rex es tu ?
Respóndit Iesus : Tu dicis, quia Rex sum
ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni
in mundum, ut testimónium perhíbeam
veritáti : omnis, qui est ex veritáte, audit
vocem meam.

OFFERTOIRE *Psaume 2, 8*

Póstula a me, et dabo tibi gentes
hereditátem tuam, et possessiónem
tuam términos terræ.

SECRÈTE

Hóstiam tibi, Dómine, humanæ
reconciliatiónis offérimus : præsta,
quæsumus ; ut, quem sacrificiis
præséntibus immolámus, ipse cunctis
géntibus unitátis et pacis dona concédât,
Iesus Christus Fílius tuus, Dóminus noster
: Qui tecum vivit.

PRÉFACE DU CHRIST-ROI

En ce temps-là, Pilate dit à Jésus : « Tu
es le roi des Juifs ? » Jésus lui
répondit : « Dis-tu cela de toi-même, ou
d'autres te l'ont-ils dit de moi ? » Pilate
répondit : « Est-ce que je suis juif, moi ?
Ton peuple et les grands prêtres t'ont livré
à moi : qu'as-tu fait ? » Jésus répondit : «
Mon royaume n'est pas de ce monde ; si
mon royaume était de ce monde, mes gens
combattraient pour empêcher que je ne
sois livré aux Juifs. Mais non, mon
royaume n'est pas d'ici. » Pilate alors lui
dit : « Donc, tu es roi ? » Jésus répondit :
« Tu le dis : je suis roi. Voici pourquoi je
suis né, voici pourquoi je suis venu dans
le monde : c'est pour rendre témoignage à
la vérité. Quiconque appartient à la vérité
entend ma voix. »

Demande-moi, et je te donnerai les
nations pour héritage, et pour
possession les extrémités du monde.

Nous vous offrons, Seigneur, l'hostie de
la réconciliation de l'humanité ;
faites, nous vous en prions, que celui que
nous immolons dans ce sacrifice accorde
lui-même à toutes les nations les dons de
l'unité et de la paix : Jésus-Christ, votre
Fils, notre Seigneur. Lui qui...

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Qui unigénitum Fílium tuum, Dóminum nostrum Jesum Christum, Sacerdotem ætérnum et universórum Regem, óleo exsultatiónis unxísti : ut seípsum in ara crucis hóstiam immaculátam et pacíficam ófferens, redemptiúnis humanæ sacraménta perágeret : et suo subjéctis império ómnibus creatúris, ætérnum et universále regnum, imménsæ tuæ tráderet Majestáti. Regnum veritátis et vitæ : Regnum sanctitátis et grátiae : Regnum justítiæ, amóris et pacis.

Et ideo cum Angelís et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militía cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

COMMUNION *Psaume 28, 10-11*

Sedébit Dóminus Rex in ætérnum : Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

POSTCOMMUNION

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus, Dómine : ut, qui sub Christi Regis vexíllis militáre gloriámur, cum ipso, in cælésti sede, iúgiter regnáre póssimus : Qui tecum vivit.

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu tout-puissant et éternel.

Vous avez oint de l'huile d'allégresse votre Fils unique, notre Seigneur Jésus-Christ, Prêtre éternel et Roi de l'univers ; afin que, s'offrant lui-même sur l'autel de la croix en victime immaculée et pacifique, il accomplit le mystère de la rédemption de l'humanité ; et qu'après avoir soumis à son empire toutes les créatures, il remît à votre infinie majesté un royaume éternel et universel : royaume de vérité et de vie, royaume de sainteté et de grâce, royaume de justice, d'amour et de paix.

C'est pourquoi avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse.

Le Seigneur trône en roi pour l'éternité. Le Seigneur bénira son peuple dans la paix.

Après avoir reçu l'aliment d'immortalité, nous vous demandons, Seigneur, nous qui nous glorifions de combattre sous les étendards du Christ-Roi, de pouvoir régner avec Lui à jamais sur le trône céleste. Lui qui...